



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. V. Aliæ questiones circa translationem Religiosorum ab uno ordine, ad  
alium resolvuntur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## §. V.

*Alia questiones circa translationem Religiosorum ab uno ordine, ad alium resolvuntur.*

**Q**ui legitime ab uno ordine ad alium transferatur, ut sic Prælati illius, debet de novo in hoc professione emittere, & finito suæ Prælatuæ tempore, manebit ordinis illius, ad quem translatus est, religiosus; per translationem enim talem perdit omnia jura prioris ordinis, aut monasterii: neque obligatur ad vota specialia in priori religione emissæ, aut ad abstinentias & rigorem illius regulæ.

Bona verò temporalia licite transeuntis (si utraque religio bonorum talium in communi capax est) quæ priori monasterio v. g. acquisita jam fuerunt, ratione hujus sui pro illo tempore professi, manent quidem, quoad proprietatem, & usum fructum priori huic monasterio; quæ verò post transitum talem licitum, & validam in altero monasterio vel ordine professionem, ratione taliter professi acquiruntur, acquiruntur posteriori monasterio, vel ordini; professus enim suo monasterio acquirunt, in quo vivit, quoad se & sua, Deo dedicatus. Si verò à monasterio bonorum in communi capaci, ad ordinem incapacem transeat, aut ab ordine incapaci ad capacem, tum bona absolute acquisita, aut acquirenda, vel monasterio priori capaci, aut in casu incapacitatis, hæredibus ab intestato v. g. manent.

## SECTIO V.

*De Religiosis fugitivis, apostatis, & ejectis.*

## §. I.

*In quo differunt religiosi fugitivi, apostata, & ejecti; & an revocentur illos querere, & revocare?*

**R**eligiosi fugitivi proprie dicuntur, qui à monasterio, vel ordine recedunt, sine Superiorum licentia, sine habitu retineant, sive exant, ut sint extra potestatem, & obedientiam, & ad tempus libere vagentur, cum tamen tamen ad religionem, vel monasterium redeundi, Apostata verò, proprie, & rigide loquendo, sunt, quibus ordine recedunt, animo excutiendi iugiter religiosum in perpetuum, & omnino deserendi institutum. Ejecti denique religiosi dicuntur illi, qui ob culpam suam ex religione exire compelluntur, & quamvis *Trid. sess. 25. cap. 4. De regulis* inter fugitivos etiam enumeret, qui sub prætextu ad suos mediatos Superiores accedendi sine suorum immo Superiorum licentia, à suis conventibus recedunt, nisi ab illis vocati fuerint, & puniendus etiam ab ordinariis locorum dicatur, tanquam desertor sui inferioris, intelligi tamen debet hoc decretum, nisi iniquè à suis immediatis Superioribus tractentur, & aliud remedium ad Superiores suos mediatos non habeant.

Circa hos fugitivos, apostatas, & ejectos in singulos annos à suis Prælati